



UNA VOCE VENETIA

Lunedì dopo la Domenica quarta di Quaresima

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem *Joann. 2, 13-25*

IN ILLO témpore : Prope erat Pascha Judæórum, et ascéndit Jesus Jerosólymam : et invénit in templo vendéntes boves et oves et colúmbas, et nummulários sedéntes. Et cum fecísset quasi flagéllum de funículis, omnes ejectione de templo, oves quoque et boves, et nummulariórum effúdit æs et mensas subvértit. Et his, qui colúmbas vendébant, dixit : Auférte ista hinc, et nolíte fácere domum Patris mei domum negotiationis. Recordáti sunt vero discipuli ejus, quia scriptum est : Zelus domus tuæ comédit me. Respondérunt ergo Judaéi, et dixerunt ei : Quod signum osténdis nobis, quia hæc facis? Respóndit Jesus et dixit eis : Sólvite templum hoc, et in tribus diébus excitábo illud. Dixérunt ergo Judaéi : Quadragínta et sex annis ædificátum est templum hoc, et tu in tribus diébus excitábis illud? Ille autem dicébat de templo córporis sui. Cum ergo resurrexísset a mórtuis, recordáti sunt discipuli ejus, quia hoc dicébat, et credidérunt Scriptúrae, et sermóni, quem dixit Jesus. Cum autem esset Jerosólymis in Pascha in die festo, multi credidérunt in nómine ejus, vidéntes signa ejus, quæ faciébat. Ipse autem Jesus non credébat semetípsum eis, eo quod ipse nosset omnes, et quia opus ei non erat, ut quis testimónium perhibéret de hómine : ipse enim sciébat, quid esset in hómine.

Dal Vangelo secondo Giovanni *Giov. 2, 13-25*

IN QUEL tempo, essendo prossima la Pasqua dei Giudei, Gesù ascese a Gerusalemme: e trovò nel tempio gente che vendeva buoi, pecore e colombe, e cambiavalute che sedevano a banco. Fatta come una frusta di cordicelle, scacciò dal tempio tutti costoro, in un colle pecore e coi buoi; gettò a terra le monete dei cambiavalute e rovesciò i loro banchi. A quelli poi che vendevano colombe, disse: Togliete via di qua queste cose, e non vogliate convertire la casa del Padre mio in bottega di traffico. E i suoi discepoli si ricordarono che sta scritto: Lo zelo della tua casa mi ha consumato. Si rivolsero però a lui i Giudei, e gli dissero: Qual segno ci mostri tu di poter fare queste cose? Rispose loro Gesù: Disfate questo tempio, e io in tre giorni lo riedificherò. Replicarono dunque i Giudei: questo tempio fu fabbricato in quarantasei anni, e tu lo riedificherai in tre giorni? Ora egli parlava del tempio del suo corpo. Quando dunque fu risuscitato da morte, si ricordarono i suoi discepoli come egli aveva detto questo, e cedettero alla Scrittura e alle parole di Gesù. Nel tempo poi che stette in Gerusalemme per la Pasqua e per la solennità, molti cedettero nel suo nome vedendo i miracoli che faceva. Ma Gesù non si fidava di loro perché li conosceva tutti; e perché non aveva bisogno che nessuno lo istruisse sugli uomini, ben conoscendone gli intimi sentimenti.